



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio V. De pœna originalis peccati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

fitu peccati quantum ad penam corporalem.
 Ad xvi. dicēdū, q̄ magis cōtraheret homo peccatum a proximo parēte, quā a primo, si p̄ peccatum proximi parentis tolleretur aliquod donū natura: sicut per peccatum primi parētis est ablatum.
 Ad xvii. dicendū, q̄ ille qui fornicatur, d̄ peccare in corpore, immo est in aīa, sicut & gratia cui opponitur: sed q̄a cōpletur hoc peccatū in corpore delectatione, & in quadā corporis resolutione, quod in nullo alio peccato cōtingit. Nam in peccato gulae nō fit aliqua resolutio corporalis: in peccatis vero spiritualibus, non est delectatio corporalis.

QVAESTIO V.

De pena originalis peccati.
 In quinque articulos diuisa.

- ¶ Primo enim queritur, vtrum pena originalis peccati sit carentia diuinæ visionis.
- ¶ Secundo, Vtrum peccato originali debeatur pena sensibilis.
- ¶ Tertio, Vtrum pariantur afflictionem interioris doloris, qui decedunt cum solo originali.
- ¶ Quarto, Vtrum mors & alij defectus huius vitæ sint penæ originalis peccati.
- ¶ Quinto, Vtrum mors & huiusmodi defectus sint homini naturales.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO est de pena originalis peccati. Et primo queritur, vtrum sit cōueniens pena originalis peccati carētia visionis diuinæ.

Et vtr̄ q̄ nō: quia vt d̄r 2. Physic. Frustra est quod est ad finem, quem non consequitur: sed homo naturaliter ordinatur ad beatitudinem, sicut ad finem vltimum, quē quidem beatitudo in diuina visione consistit. ergo frustra est homo, si nō pertueniat ad visionem diuinam. sed Deus propter peccatum originale non destitit causare hominum generationem, vt Damasc. dicit. Cum ergo in operibus Dei nihil sit frustra, videtur quōd homo p̄pter peccatum, quod ex sua origine contrahit, non incurrat reatum carentiæ visionis diuinæ.

¶ 2 Præ. Ezech. 18. dicitur, Omnes animæ meæ sūt, sicut anima filij mea est, ita & anima patris mea est, Ex quo potest accipi, q̄ omnes animæ immediate sunt a Deo creatæ, & q̄ vna non traducitur ab alia, ergo pena quæ tātum pertinet ad animam, nō debet aliquis puniri pro peccato originali, quod a primo parente traducitur: sed carentia diuinæ visionis est pena ad solam animam pertinenēs, sicut & ipsa visio diuina solus animæ est. ergo carentia diuinæ visionis, non est pena debita originali peccato.

¶ 3 Præ. Aug. dicit in Enchi. q̄ mitissima est pena eorum, q̄ pro solo peccato originali puniuntur: sed Christo dicit sup̄ Matth. q̄ carētia diuinæ visionis est maxima penarum, & intollerabilior q̄ gehenna, ergo carentia visionis diuinæ non est cōueniens pena originalis peccati. Sed diceretur q̄ sola carentia visionis diuinæ est minor pena, q̄ carentia visionis diuinæ cum pena sensus, q̄ debetur peccato actuali.

¶ 4 Sed contra, pena, cum sit quoddam malum, in priuatione alicuius boni cōsistit: sed proportio priuationum adinuicem est sicut proportio eorū quæ priuātur. Sic enim surditas se habet ad cecitatem, sicut auditus ad visum: sed per carentiā diuinæ visionis priuatur homo Deo, per penā autem sensus pri-

uatur quodā bono creato, sensus delectationis vel aliquo hmōi. Bonum autem creatum alicui bono increato. nō facit magis beati. Dicitur autem in lib. Cōfessid Deū loquens, Qui te & illa nō creaturas non p̄ illa beator: sed p̄ te. sicut beatus ergo qui priuatur bono increato solo q̄ carētia visionis diuinæ, nō est minus miser quā ille, cū hoc patitur penā sensus. Sed dicendum, q̄ nō sit minus beatus, quātū ad primum effectum est tñ minus beatus, quātū ad primum effectum. ¶ 5 Sed cōtra, primum acciderale accidentale habet ad beatitudinē: sed per intentionē accidentis nō intenditur id: cuius est accidens. nō. n. h. h. h. magis albus, p̄ hoc fit magis homo, ergo bonus.

¶ 6 Præ. Cum bonum increatum in infinitum datur bonum creatum, comparatur boni creati bonū increatum, sicut punctus ad lineā. sed lineā nō efficitur maior per adiectionē puncti, ergo bonū p̄ additionē boni creati fit maior beatitudo, q̄ consistit in fruitione boni increati. Sed dicitur q̄ quamuis Deus sit bonū infinitum, tamen vni Deī nō est bonum infinitum: quia Deus ab initio est creato finite videtur. Et ita qui priuatur vni ne diuina, non priuatur bono infinito.

¶ 7 Sed cōtra, cuiusque subtrahitur sua p̄fectio, priuatur sua p̄fectione: sed visio est p̄fectio natiuitatis. ergo cuiusque subtrahitur visio priuatur a visio. Et sic cum ipsius visum sit bonum infinitum, qui priuatur Deī vltione priuatur bono infinito.

¶ 8 Præ. Ipse Deus est hoīs merces, qui ad Abrahā dixit. Ego dominus merces magna nimis. Gen. ergo qui priuatur vltima mercede q̄ consistit in diuina vltione, priuatur ipso Deo, qui ē bonū infinitum.

¶ 9 Præ. Peccato originali debet minor pena, q̄ peccato veniali, alioquin pena peccati originalis nō esset mitissima, ut dicit Aug. sed peccato veniali debet pena sensibilis, nō autē carētia visionis diuinæ. Cū ergo indubitatē carētia visionis diuinæ sine pena sensus, sit maior pena, quā pena sensus sine carētia visionis diuinæ, ut q̄ peccato originali non debeatur pro pena, carētia visionis diuinæ. Sed dicendū q̄ peccato veniali debetur carētia diuinæ visionis ad tempus, sicut & pena sensus.

¶ 10 Sed cōtra, Aeternitas addita plus aggrauat nā carētia visionis diuinæ, q̄ pena sensibilis, quā nullus tā bene dispositus est, q̄ nō uellet penā quācūq̄; penā tēporalē subire, q̄ p̄petua uisionis diuinæ carere. Si ergo peccatū originale puniatur tua carētia visionis diuinæ, magis puniunt q̄ peccato veniale: & ita non est mitissima eorum pena.

¶ 11 Præ. Secūdū leges dicim⁹. Dignus ē mīsericordia q̄ alieno uino laborauit: sed ille q̄ puniuntur p̄ peccato originali, laborauit alieno uino, p̄ priuatiōnis. ergo dignus est misericordia. Nō ergo eorū pena grauior, quā est carentia visionis diuinæ.

¶ 12 Præ. Aug. dicit in lib. de Duabus animarum tenere quemcumque, quia non fecit quod non potuit, summa in iustitia & infante est nihil tale cadit in Deum. Cum ergo puer, qui priuatur vitare non potuit originale peccatum, ut hoc non incurrat reatum alicuius penæ.

¶ 13 Præ. Peccatū originale est priuatio originalis iustitiæ, ut Aug. dicit: sed hūi originale iustitiæ possit nō h̄re gram, n̄ debet visio diuinæ, ergo p̄ peccato originali r̄idet p̄petua carētia uisionis diuinæ.

Lib. 2. cō. 62. tom. 2.

Cap. 93. to. 3.

Homil. 47. ad populū Antiochenū tom. 5.

¶ 14. Præ. Vt legitur Gene. 3. Adam se excusauit di- cens: Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi, & com- medi: fufficiens excusatio, & panam nõ mereretur, si suggestioni mulieris resistere nõ potuiffet: sed Deus dedit carnem animæ, cuius infectio- ni resistere non potest, ergo non uidetur quod ex hoc obligetur ad aliquam penam.

¶ 15. Præ. Homini in naturalibus cõstituto etiã si nõ quã peccasset, deberetur ei carẽtia uisionis diuine, ad quã peruenire non potuit, nisi per gratiam: sed pena proprie debetur peccato, ergo carẽtia uisionis diuina, nõ potest dici pena peccati originalis.

SED CONTRA est, q̄ Gregor. dicit in 4. Moralium, Peregrina mens lucẽ, ut est, uidere non ualet: quia hanc ei captiuitas suæ damnationis abscondit.

¶ 2. Præ. Innocentius. 3. dicit i Decretalibus, q̄ originali peccato debet p̄ pena, carẽtia uisionis diuina.

RESPON. Dicendum, q̄ conueniens pena originalis peccati est carẽtia uisionis diuina, ad cuius euidentiã considerandum est, q̄ cum ad perfectio- nẽ alicuius rei duo prinere uideantur, quorum pri- mum est q̄ sit capax alicuius boni magni, uel actũ habeat illud: aliud uero est q̄ exteriori auxilio nõ indigeat in nullo, uel in paucis: prima cõditio præ- ponderat secundã multo. n. melius est quod est ca- pax magni boni, quamuis ad illud obtinendũ indigeat multis auxiliis, quam illud quod nõ est capax, nisi parui boni: quod tñ abq̄ exteriori auxilio, uel cũ pauco auxilio consequi potest; sicut meli- ð dispositũ dicimus esse corpus alicuius hominis, si possit consequi perfectã sanitatẽ, licet multis auxi- liis medicina, quã si possit cõsequi solum sanitatẽ quãdã imperfectã abq̄que auxilio medicina. Crea- tura ergo rõnalis in hoc præminet omni creatu- rã, q̄ capax est summi boni per diuinam uisionẽ & fruicionem, licet ad hoc cõsequendum natura p- priã principia nõ sufficiat: sed ad hoc indigeat auxi- lio diuinã gratiã: sed circa hoc cõsiderãdũ est, q̄ aliquod diuinum auxilium necessarium est cõmu- niter omni creaturã rõnali, scilicet gratiã gra- tum facientis, qua quilibet creatura rõnalis indigeat, ut possit peruenire ad beatitudinẽ perfectã, & illud Apostoli ad Rom. 6. Gratia Dei uita æter- na: sed præter hoc auxilium necessarium fuit hoĩ aliud supernaturale auxilium, rõne suã composi- tionis. est enim homo cõpositus ex anima, & cor- pore, & ex natura intellectuali & sensibili, quæ quo- dãmodo si suã nature relinquatur intellectu aggra- uant & impediunt, ne libere ad summum fastigiũ cõtemplationis puenire possit. hoc autẽ auxilium fuit originalis iustitia, per quam mens hoĩs si sub- deretur Deo, & subderetur totaliter inferiores ui- res, & ipsum corpus, neque rõ impederetur quo mi- nus posset in Deũ tendere. Et sicut corpus est pp̄ animã, & sensus pp̄ intellectu: ita hoc auxiliũ, quo cõtinetur corpus sub aĩa & uires sensitiuã sub mẽ- te intellectuali, est quasi dispositio quedã ad illud auxiliũ, quo mens humana ordinatur ad uidendũ Deũ, & ad fruendũ ipso. hoc autẽ auxiliũ originalis iustitiẽ subtrahitur p̄ peccatum originale, ut supra ostẽsum est. Cũ autẽ aliquis peccãdo abiicit a se il- lud, p̄ qd̄ disponebat ad aliqd̄ bonũ acquirẽdum, meretur ut ei subtrahatur illud bonũ, ad qd̄ obtinẽ- dum disponebatur, & ipsã subtractio illius boni est conueniẽs pena eius. Et ideo conueniẽs pena peccati originalis est subtractio gr̄e, & p̄ consequẽs uisionis diuine, ad quam homo per gratiam ordinatur.

A AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ homo frustra & uane factus esset, si beatitudinem consequi non pos- set: sicut quilibet res, quæ non potest consequi uiti- mum finem. unde ne homo frustra & uane factus esset, cum peccato originali nascens, a principio hu- mani generis proposuit Deus homini remedium, per quod ab hac uanitate liberaretur, scilicet ipsum mediatorem Deum & hominẽ Iesum Christum, per cuius fidem impedimentum peccati originalis subtrahi posset, unde in psal. dicitur. Memorare que mea substantia, nunquid enim uane constituiisti om- nes filios hominum? exponens Glo. dicit, quod Da- uid petit incarnationem filij, qui de sua substantia carnem assumpturus erat, & per ipsum homines erant a uanitate liberandi.

B AD SECUNDVM dicendum, q̄ aĩa huius pueri, qui sine baptismo deccedit, non punitur carẽtia uisionis diuina: propter peccatum Adã, s̄m q̄ fuit persona- le peccatum eius: sed punitur pro infectioe origi- nalis culpæ, quam incurrit ex unioe ad corpus, quod a primo parente traducitur secundum semi- nalem rationem. Iniustum enim eẽt, ut deriuaretur reatus penæ, nisi & deriuaretur infectio culpæ. unde Apost. Rom. 5. præmittit deriuacionẽ culpæ deriuacioni penæ dicens. Per unum hominem pecca- tum in mundum intrauit, & per peccatum mors.

C AD TERTIVM dicendum, q̄ grauitas alicuius pe- nę potest attendi dupliciter. vno modo ex parte ip- sius boni, quod priuatur per malum penę: & sic care- rentia uisionis diuina & fruicionis Dei, est grauissi- ma penarum. Alio modo per comparationem ad eum, qui punitur: & sic tato est grauior pena, quã- to id quod subtrahitur est magis proprium & con- naturale ei cui subtrahitur. sicut magis diceremus puniti hominem si auferretur ei patrimonium suũ, quam si impidiretur, ne perueniret ad regnũ quod ei non debetur. Et per hunc modum dicitur esse mitissima omnium penarum, sola carẽtia uisionis diuine, in quantum uisio diuine essentię est quod- dam bonum omnino supernaturale.

D AD QUARTVM dicẽdũ, q̄ bonũ creatũ additũ bo- no increato, nõ facit maius bonũ, nec magis beatũ, cuius rõ est, q̄ si duo participãtia cõiungãtur, ange- ri p̄t in eis id, qd̄ participatur: sed si participã adda- tur ei, qd̄ est p̄ essẽtiã tale, non facit aliqd̄ maius. Si- cut duo calida adiuũta adinuicẽ, p̄nt facere magis ca- lidũ: sed si eẽt aliqd̄ qd̄ eẽt calor p̄ essẽtiã suã subli- stẽs, ex nullius calidi additione intẽderetur. Cũ ergo Deus sit ipsa essẽtia bonitatis, ut Diony. dicit in lib. de diu. nom. oĩa autẽ alia sint bona p̄ participatio- nẽ, ex nullius boni additione fit Deus magis bonus: q̄ cuiuslibet rei alterius bonitas cõtinetur in ipso. unde cũ beatitudo nihil sit aliud, q̄ adeptio boni p̄fẽ- ti, quodcunq; aliud bonũ superaddatur diuinã uisio- ni aut fruicioni, nõ faciet magis beatum: alioq̄n Deus esset factus beator condendo creaturas. Nec tamen est eadẽ rõ de beatitudine & miseria, q̄ sicut beatitudo cõsistit in cõiunctione ad Deũ, ita miseria cõsistit in recessu a Deo, a cuius qdẽ similitudine & participatione recedit q̄s per cuiuslibet boni pri- uationẽ, unde quodlibet bonũ priuatũ facit magis miserũ, licet nõ quodlibet bonũ additũ faciat magis beatũ: q̄ p̄ bonum additum, homo non magis Deo adheret, quã si ei immediate coniungatur: sed per bonum subtractum magis ab eo elongatur.

E AD QVINTVM dicẽdũ, q̄ additio premiĩ acciden- talis nõ facit magis beatũ. Quia premiũ acciden- tale

August. con- cione 2. in Psal. 88. me- dio illius tom. 3.

Cap. 2. me- dio illius. D. 293.

preced. ultimo.

ale attenditur fm aliquod bonum creatum, vera F
autem beatitudo hominis attenditur solum fm bonum
in creatum. sed sicut bonum creatum est quadam
similitudo, & participatio boni increati: ita adeptio
boni creati est quadam similitudinaria beatitudo,
per quam tamen vera beatitudo non augetur.

AD SEPTIMUM dicendum, qd peccatum veniale originali
comparatum, quodam modo est maius & quodam
modo est minus. peccatum n. veniale comparatum
huic personae vel illi, magis habet de ratione peccati, quam
peccatum originale: quia peccatum veniale est pec-
catum voluntarium voluntate huius personae, non
autem peccatum originale: sed originale peccatum
comparatum ad naturam est grauius, quia priuat naturam
maiori bono gratiae: & pro hoc debetur ei carentia visionis
diuinae, quia ad visionem diuinam non peruenitur nisi
per gratiam, quam veniale peccatum non excludit.

AD X. dicendum, qd perpetuitas poenae consequitur
perpetuitate culpae, quae prouenit ex carentia gratiae, quia
culpa non potest remitti nisi per gratiam. Et quia per
peccatum originale excluditur gratia, non autem
per peccatum veniale, ideo peccato originali debetur
poena perpetua, non autem peccato veniali.

AD XI. dicendum, qd iste puer decedens sine baptis-
mo, laborauit quidem vitio alieno quantum ad carnem,
quia peccatum ab alio traxit: laborauit tamen vitio proprio,
inquatu a primo parte culpae contraxit. Et ideo dignus
est misericordia diminuere, non tamen totaliter relaxare.

AD XII. dicendum, qd puer iste sine baptismo dece-
dens, non habet reatum ex hoc qd non fecit aliquid,
hoc n. est peccatum omissionis sed habet reatum
ex eo quod infectionem culpae originalis contraxit.

AD XIII. dicendum, qd illa praedicatio fm opinio-
nem ponendum, qd gratia gratum facies non includatur
in ratione originalis iustitiae: quod tamen credo esse falsum,
quia cum originalis iustitia primordially consistat in
subiectione humanae mentis ad Deum, quae firma esse
non potest nisi per gratiam, iustitia originalis sine gratia
esse non potest. Et ideo haberi originale iustitia debe-
batur visio diuina. Sed tamen praedicta opinione sup-
posita, adhuc ratio non concludit, quia licet originalis
iustitia gratia non includeret, tamen erat quadam dispositio
quae praerogabatur ad gratiam. Et ideo quod contra-
riatur originali iustitiae, contrariatur etiam gratiae: sicut
quod contrariatur iustitiae naturali, contrariatur
gratiae: ut furtum, homicidium, & alia huiusmodi.

AD XIV. dicendum, qd si vir non potuisset resistere
peruersioni mulieris, sufficienter excusatus fuisset a
peccato actuali, quod propria voluntate committitur. K
Et sic etiam anima huius pueri excusata est a reatu
actuali peccati: non autem a reatu originalis, cuius
infectionem contrahit per unionem ad carnem.

AD XV. dicendum, qd homo in solis naturalibus con-
stitutus, careret quidem visione diuina si sic decederet:
sed tamen non cogeretur ei debitum non habendi.
Aliud est enim non debere habere, quod non habet,
rationem poenae, sed defectus tantum, & aliud debe-
re non habere, quod habet rationem poenae.

ARTICVLVS III.

Secundo queritur, utrum peccato originali de-
beat poena sensus. Et videtur qd sic. Dicit enim

Aug. in Hironost. qd paruuli decedentes sine bap-
tismo experiuntur gehennam: sed gehenna nominatur poena
sensus: ergo peccato originali debet poena sensus.

¶ 2. Prater. Aug. dicit in li. de Fide ad Petrum. Firmiter
tene, & nullatenus dubites, paruulos qui sine bap-
tismo decedunt, non supplicio puniendos: sed supplicium poenae
sensus: ergo peccato originali debet poena sensus.

¶ 3. Prater. Grego. dicit qd. Moral. sup. illud Iob. Ma-
gnificauit uulnera mea sine causa, quia culpa originali
erant meo non liberat. & licet ex proprio nihil cogere
tamen illud ad tormenta peruenit, sed tormenta non
natura sensus: ergo poena originali debet poena sensus.

¶ 4. Prater. Peccatum originale huius pueri uidetur
eiusdem speciei cum peccato actuali primi parentis
cum procedat ab eo sicut effectus a propria causa: sed
peccato actuali primi parentis debetur poena sensus:
ergo & peccato originali huius pueri.

¶ 5. Prater. Agens communi passibili inducit poenam
sensus: sed anima puerorum sunt passibiles. & etiam corpore
post resurrectionem, cum non habeat dotem impassibili-
tatis: ergo ad praesentiam ignis poena sensus pertinet.

¶ 6. Prater. Post iudicium poena peccatorum consum-
tur: sed poena puerorum sine baptismo decedentium
qui pro solo originali puniuntur, non post iudicium
consumuntur, nisi carentia visionis diuinae: quae
numquam iustitiam, aliqua poena sensus addere
ergo peccato originali debetur poena sensus.

¶ 7. Prater. Poena debetur culpae: sed causa peccati
originalis est caro. Cum ergo carni non debetur
poena, nisi sensus, uidetur quod peccato originali
debeat poena sensus.

¶ 8. Prater. Si aliquis decedat cum peccato originali
ueniali simul, patietur perpetuo poenam sensus: sed
na perpetua non debetur peccato ueniali: ergo de-
betur peccato originali poena sensus: sed poena
sensus non debetur poena sensus.

¶ 9. Prater. Innocentius 3. dicit in Decretali. qd
sensus debetur poena actuali: sed originale peccatum
non est actuale: ergo ei poena sensus non debetur.

RESPON. Dicendum, qd contra dicitur peccato ori-
ginali non debetur poena sensus: sed solum poena
nisi carentia visionis diuinae. Et hoc ut effectum
le propter tria. Primo quidem, quia persona quae
alicuius naturae suppositum, & ideo ad ea quae
naturae per se & immediate ordinatur: ad ea
quae sunt supra naturam, ordinatur mediante
natura. Quod ergo detrimentum aliquod patitur
qua persona in his, quae sunt supra naturam,
contingere uel ex uitio naturae, uel ex uitio
naturae: quod autem detrimentum patitur in his, quae
sunt supra naturam, non ut posse contingere, nisi
proprium personae. Ut autem ex praemissis patet
peccatum originale est uitium naturae, peccatum
autem actuale est uitium personae: gratia autem
uisio diuina sunt supra naturam humanam. Et
priuatio gratiae, & carentia visionis diuinae
alicui personae, non solum pro actuale peccatum
sed etiam pro originale: poena autem sensus opor-
tet integrari naturae, & bonae eius habitudine: &
ideo poena sensus non debetur alicui, nisi pro pec-
cato actuale. Secundo quia poena proportionatur
culpae, & ideo peccato actuali mortali.

inuenitur auersio ab incōmutabili bono, & cōuer-
 sio ad bonū cōmutabile, debetur & p̄na damni,
 sc̄. carentia uisionis diuinæ respōdens auersioni, &
 p̄na sensus respōdens conuersioni. Sed in pecca-
 to originali nō cōuersio: sed sola auersio, vel ali-
 quid auersioni respōdens. sc̄. destitutio animæ a iu-
 stitia originali. Et ideo p̄dō originali non debetur
 p̄na sensus: sed solū p̄na damni. sc̄. carentia uisionis
 diuinæ. Tertio quia p̄na sensus numquam debet
 habituali dispositioni. Non. n. aliquis punitur ex
 hoc, q̄ est habilis ad furandum, sed ex hoc q̄ actu
 furat: sed habituali priuationi absq; oī actu debet
 aliqd̄ dānū, puta qui non habet scientiā literarum
 ex hoc ipso indignus est p̄mōtione ad episcopale
 dignitatē. In peccato autē originali inuenitur qui-
 dē cōcupiscentia p̄ modū habitualis dispositionis,
 q̄ paruulū facit habilē ad cōcupiscēdū, ut Augu. di-
 cit: adultū autē actu cōcupiscentē. Et ideo paruulo
 defuncto eū originali nō debet p̄na sensus, sed so-
 lū p̄na dāni: q̄. nō est idoneus perducī ad uisi-
 onē diuinam propter priuationē originalis iustitiæ.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ nomē tormenti,
 supplicii, gehēnæ & cruciatus, uel si quid simile in
 dictis sanctorū inueniatur, est large accipiendū p̄
 p̄na, ut ponatur sp̄s pro genere. Ideo autē sancti
 tali mō loquendi usi sunt, ut detestabile redderent
 errorē Pelagianorū, q̄ asserēbāt in paruulis nullum
 p̄m̄ esse, nec eis aliquā p̄nā deberi. Et p̄ hoc pa-
 tet solutio ad fm̄ & tertium & ad omnia similia.

AD QVARTVM dicendū, q̄ in uno peccato pri-
 mi parentis omnes peccauerūt, ut A postolus dicit
 Rom. 7. Sed ad illud unum peccatum non omnes
 eodem modo se habēt. pertinet. n. illud peccatum
 ad Adam per propriam uoluntatem, & est eius a-
 ctuale peccatū, & ideo ei pro hm̄ōi peccato p̄na
 actualis debebatur: sed ad alios pertinet p̄ originē,
 & non per actualē uoluntatem. Et ideo aliis pro
 huiusmodi peccato non debetur p̄na sensus.

AD QVINTVM dicendū, q̄ in statu futuræ uitæ,
 ignis & alia hm̄ōi actiua nō agūt i aīas, aut in cor-
 pora hominū secūdū necessitatē naturæ: sed ma-
 gis secūdum ordinē diuinæ iustitiæ, quia ille status
 est recipiendi pro meritis. unde, cum diuina iusti-
 tia non exigit q̄ pueris, qui cum solo originali pec-
 cato decedunt, p̄na sensus debeatur, nihil ab huius-
 modi actiuis tales patiuntur.

AD SEXTVM dicendū, q̄ p̄na puerorum eū
 originali decedentium, post iudicium consumabi-
 tur, in quantum ipsi qui puniuntur hac p̄na, con-
 sumati erunt per corporum resumptionem.

AD SEPTIMVM dicendū, q̄ quāuis peccatū origi-
 nale per carnem deriuetur ad animā: non tamē ha-
 bet rationē culpæ, nisi secūdū q̄ pertingit ad ani-
 mā. Et ideo p̄na nō debetur dispositioni carnis: &
 si aliqñ caro puniatur, hoc est pp̄ animæ culpam.

AD OCTAVM dicendū, q̄ hæc positio non vī
 multis esse possibilis, q̄ aliquis decedat cum pecca-
 to originali & ueniali tantum: quia defectus ætatis
 quamdiu excusata peccato mortali, multo magis
 excusata peccato ueniali propter defectū usus rō-
 nis. Postquam uero usum rationis habent, tenētur
 salutis suæ curā agere. Quod si fecerint, iam absque
 peccato originali erūt, gratia superueniente: si autē
 non fecerint, talis omīssio est eis peccatū mortale.
 Si tamen esset possibile, q̄ aliquis cum peccato ori-
 ginali & ueniali decederet, dico q̄ puniretur p̄na
 sensus æterna. A eternitas. n. p̄na: ut dicitur est, cō-

A comitatur carentiam gratiæ, ex qua pronenit eter-
 nitas culpæ. Et inde est q̄ peccatum ueniale in eo q̄
 recedit cum mortali, q̄a nunquā remittitur eterna
 p̄na, punitur, pp̄ gratiæ carentiā. Et similis rō esset,
 si quis decederet cum originali & ueniali peccato.

ARTICVLVS III.

*Vtrum patiantur afflictionem interioris doloris, qui
 cum solo originali decedunt.*

TERTIO queritur, vtrum patiantur afflictionē
 interioris doloris, qui cum solo originali dece-
 dunt. Et videtur quod sic. Omne enim quod natu-
 raliter desideratur, si non habeatur quādo est tē-
 pus habendi, causat afflictionē & dolorem, sicut
 patet si quis cibum non habeat quando est naturæ
 necessarius: sed homo naturaliter appetit beatitudi-
 nem, tempus autem habendi ipsam est post hanc vi-
 tam. cum ergo illi, qui cum peccato originali dece-
 dunt beatitudinem non consequantur, quia carent
 uisione diuinā, videtur q̄ afflictionem patiuntur.

¶ 2 Præ. Sicut pueri baptizati se habent ad meri-
 tum Christi, ita non baptizati, se habent ad demeri-
 tum Adæ: sed pueri baptizati gaudent propter me-
 ritum Christi, ergo pueri non baptizati dolent pro-
 pter demeritum Adæ.

¶ 3 Præ. De ratione p̄næ est, q̄ sit contraria uo-
 luntati: sed omne quod est contrarium uoluntati,
 est contristans ut auctor est Philosoph. in 5 Metaphys.
 ergo si patiuntur aliquam p̄nam, oportet quod
 inde tristentur.

¶ 4 Præ. In perpetuum separari ab eo, quem quis
 amat, est maxime afflictiuum: sed pueri naturaliter
 Deum amant. ergo cum sciant se ab eo in perpe-
 tuum separatos, videtur quod hoc non possit esse
 sine afflictione.

SED CONTRA. Dolor p̄næ seu afflictio p̄næ
 debetur delectationi culpæ, secundum illud Apoc.
 18. Quantum glorificauit se in delectis suis, tantum
 date ei tormentum & luctum: sed in peccato origi-
 nali nulla fuit delectatio. ergo neque in p̄na erit
 aliquis dolor siue afflictio.

RESPON. Dicendum, q̄ aliqui posuerunt q̄ pueri
 sentiant aliquem dolorem, uel afflictionē interio-
 rem ex carentia uisionis diuinæ, licet iste dolor nō ha-
 beat in eis rationem uermis cōsciētia: quia nō sūt
 sibi conscij q̄ in eorum potestate fuerit culpam ori-
 ginālē vitare. sed nulla ratio uidetur esse quare sub-
 trahatur eis exterior p̄na sensus, si attribuitur eis
 interior afflictio, quæ est multo magis p̄nalis, &
 magis opponitur mitissime p̄næ, quam August. eis
 attribuit. Et ideo alijs uidetur & melius, q̄ nullam af-
 flictionem etiam interiorem sentiāt. Et huius rōnē
 aliqui diuersimode assignant. Quidam enim dicunt
 q̄ animæ puerorum cum originali decedentium,
 sunt in tantis tenebris ignorantie constitutæ, q̄ ne-
 sciunt se ad beatitudinem esse factas, nec aliquid cir-
 ca hoc cogitāt: & ideo nullā patiuntur de hoc affli-
 ctionē, sed hoc non vī conuenienter dici. Primo q̄
 dē, quia cum in pueris nō sit peccatū actuale, quod
 est proprie peccatū personale, nō debetur eis ut de-
 trimentū aliquid patiātur in naturalibus bonis, fm̄
 rōnem supra assignatā: est autē naturale aīc̄ separa-
 tæ, ut non minus, sed magis in cognitione uigat, q̄
 aīc̄ quæ sunt hic, & iō nō est probabile q̄ tantā igno-
 rantia patiuntur. Secundo quia fm̄ hoc illi, qui sūt
 dānati in inferno, melioris cognitionis essent quan-
 tū ad nobiliorē sui partē, sc̄. intellectū, in minoribus
 ignorantie tenebris existentes, & nullus est, ut Au-
 gustinus.

Lib. 5. c. 6. tom. 3.

Inchi. c. 93. i medio 109

Art. præc.

Li. 1. de ci. ui. Dei. c. 27. a. med. to. 5.

gustinus dicit, qui non mallet dolere pati cum sana mente, quam gaudere infansus? Et ideo alij assignat eam huius, q non affiguntur ex dispositione voluntatis ipsorum. Non enim post mortem in aia mutatur dispositio voluntatis, neq; in bonum, neq; in malum. Vnde cum pueri ante vsum ronis non habeant actum inordinatum voluntatis, neq; et post mortem habebunt. Non est autem absq; inordinatione voluntatis, q aliquis doleat se non here quod nunquam potuit adipisci: sicut inordinatum esset si aliquis rusticus doleat de hoc, q non esset regnum adeptus. Quia ergo pueri post mortem sciunt se nunquam potuisse illam gloriam caelestem adipisci, ex eius carentia no dolebunt. Possumus tamen vtriq; coniungentes mediam viam tenere, vt dicamus q animę puerorum naturali quidem cognitione non carent, qualis debetur animę separatae fm sua naturam, sed caret supernaturali cognitione, quę hic in nobis per fidem plantatur: eo q nec hic fidē habuerunt in actu, nec sacramentū fidei susceperunt. Pertinet autem ad naturalem cognitionem, q anima sciat se propter beatitudinem creatam, & q beatitudo consistit in adeptione perfecti boni: sed q illud bonum perfectum, ad quod homo factus est, sit illa gloria quam Sancti possident, est supra cognitionē naturalem. Vnde Apostolus dicit 1. ad Corinth. 2. q nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hois ascendit, quę preparauit Deus diligentibus se. Et postea subdit, Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum. Quę quidem reuelatio ad fidem pertinet. Et ideo se priuari tali bono animę puerorum no cognoscunt. Et propter hoc no dolent, sed hoc quod per naturam habent absq; dolore possident.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q aīe puerorū in peccato originali decedētū, cognoscūt quidē beatitudinem in generali fm communem rōnem: non autē in speciali. Et ideo de eius amissione non dolent.

AD SECVNDVM dicendū, quōd sicut Apostolus dicit Roman. 5. Maius est donum Christi, quā peccatum Adę. Et ideo non oportet, si pueri baptizati gaudent propter meritum Christi, quōd non baptizati doleant propter peccatum Adę.

AD TERTIVM dicendū, quōd poena non semper respondet actuali voluntati: puta cum aliquis absens infamatur, aut etiam bonis suis spoliatur se ignorante: sed oportet quōd poena semper sit vel cōtra actuale voluntatem, vel etiam habitualem, vel saltem contra inclinationem naturalem, vt supra dictum est, cum de malo poenę ageretur.

AD QVARTVM dicendū, quōd pueri in originali decedentes, sunt quidem separati a Deo, perpetuo quantum ad amissionem glorię quam ignorāt: non tamen quantum ad participationem naturalium bonorum, quę cognoscunt.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum mors & alij defectus huius vite sint poena originalis peccati.

QVARTO queritur, vtrum mors & alij defectus huius vite sint poena originalis peccati. Et videtur q non. Dicit enim Seneca, Mors est hominis natura, non poena. Eadem ergo ratione, nec alij defectus qui ad mortem ordinantur.

¶ 2 Præ. Quicquid cōmuniter inuenitur in multis, conuenit eis ratione alicuius quod in eis cōmuniter inuenitur: sed mors & alij defectus ad ipsam ordinati cōmunes sunt homini, & alijs animalibus. ergo secundum aliquid commune inueniuntur in eis:

sed alijs animalibus non conueniunt ratione, quę poenę in eis esse non potest, ergo nec hominibus & sic non sunt poena originalis peccati.

¶ 3 Præ. Poena debet esse pportionalis peccato, ut est Deut. 26. Pro mēfura delicti, erit & plagę modus: sed culpa originalis est aqualis omnibus ex Adę nascuntur defectus autē pradii non sunt auales, quia quidā statim nascuntur ex originali quidā diuersimode la si, quidā bene dispositi sunt.

¶ 4 Præ. Hm oī defectus sūt qdam poena sensus, poena sensus debet pō pō cōuersionē in dēbitū bonū cōmutabile, q quidē cōuersio nō ē in originali pō. ergo hm oī defectus nō sūt pō poenę.

¶ 5 Præ. Grauius puniuntur homines post hanc uitā, quā in hac uita. sed post hanc uitam nō debent peccato originali poena sensus, ut dictum est supra nec in hac uita. & sic idem quod prius.

¶ 6 Præ. Poena respōdet culpę: sed culpa pōtē hōiem in quātum est homo. Cū ergo mors & alij hm oī non sint hōis in eo, q homo, quia etiā insunt, ut q huiusmodi defectus non sint poenę.

¶ 7 Præ. Peccatū originale est priuatio originis iustitię, quę inerat hōi secundū animam: sed huiusmodi defectus pertinent ad corpus, non ergo spondent peccato originali pro poena.

¶ 8 Præ. Si Adę non peccasset, filij eius peccati uisissent, & si peccasset, morerentur: sed nō pō originale peccatum, quod in eis non fuit, ergo mors non est poena peccati originalis.

SED CONTRA est, q dicitur Roma 6. Si pō peccati mors. Et Rom 8. Corpus mortuū est pō peccati.

¶ 2 Præ. Et Gen. 2. dicitur, Quacumque die comederitis, morte moriemini.

¶ 3 Præ. Augu. dicit, 13. de Trin. & 15. de Cōm. & contra epistolam fundamenti, q huiusmodi defectus ueniūt de damnatione peccati. Iudicium dicit in libro de Summo bono, q si homo nō peccasset, nec eū aqua submergeret, nec ignis combureret, nec alia huiusmodi prouenirent, ergo cō huiusmodi defectus sunt poenę peccati originalis.

